Vicipædia

Lingua Votica

Lingua Votica[2][3] (ipsorum lingua *Vaďďā tšēli*[1]) lingua est gentis *Vod'*[4], quae in rebus gestis Aevi medii optime nota est. A lingua Izhorica distinguenda est, cum saepe Votice loquentes inter lingua Izhorica utentes enumerarentur. Lingua est una linguarum familiae Finno-Permicae, quae ad ramum Finno-Ugricum linguarum Uralicarum pertinet. Paene abolevit, nam non plus decem homines Votice loqui possunt. In districto Kingiseppiano regionis Leninopolitanae Russiae habitant. Universitas Tartuensis linguae Voticae doctrinam sustinet. Scriptura Votica Cyrillica c. anno 1930 a Demetrio Tsvetkov, qui et grammaticam primam Voticam edidit, elaborata est, sed usum hodie non invenit. *Abecedario Uralico phonetico*[1] viri docti nunc Votice scribunt.

Lingua Votica Vaďďā tšēli[1]	
Taxinomia:	Uralica Finno-Ugrica Finno-Permica **Lingua Votica**
Locutores:	6-10 (aestimatio loquentium anni 2011)
Sigla:	1 , 2 vot, 3 vot
Status publicus	
Officialis	
Privata	Russia
Litterae:	
Scriptura:	Latina, Cyrillica
Procuratio:	—



Districtus Kingiseppianus regionis Leninopolitanae Russiae colore roseo signatus



Demetrius Tsvetkov, linguae Voticae primus explorator

Notae

1. *Abecedario Uralico phonetico* scriptum, videas de eo.
2. ⚠ ***Fons nominis Latini desideratur*** *(addito fonte, hanc formulam remove)*
3. A lingua Votiacica, quod est nomen obsoletum linguae Udmurticae, distinguenda est.
4. Nomen Latinum quaerendum.

Nexus externi

- Vicipaedia Votica in *Incubator* (https://incubator.wikimedia.org/wiki/Wp/vot/Päälehto)

Linguae Finno-Ugricae	
Finno-Permicae	Samicae • Finnica • Carelica • Vepsica • Izhorica • Votica • Estonica • Voruvica • Livonica • Mari (pratensis • montana) • Morduinicae (Erzia • Moxel) • Komiensis • Udmurtica
Ugricae	Hungarica • Chantyensis • Mansiensis